


SUPPLEMENTUM  
JURISPRUDENTIAE  
CANONICO-  
CIVILIS,  
*se u*  
JURIS CANONICI  
UNIVERSI,  
*juxta*  
QUINQUE LIBROS DECRETALIUM,  
NOVA ET FACILI METHODO EXPLANATI.

A U T H O R E

P. FRANCISCO SCHMIER,

Ord. S. Benedicti, ex Libero-Imperiali-Exempto Monasterio  
Ottoburano, Juris Utriusque Doctore, Almæ & Archi-Episcopalis Uni-  
veritatis Salisburgensis Rectore Magnifico, & Facultatis Juridiceæ, nec non SS. Cano-  
num Professore Emerito, Celsissimi ac Reverendissimi Archi-Episcopi & S. R. I. Principis Salis-  
burghensis &c. &c. Consiliario Intimo, ad S. Joannem in Veldkirch Priore, Notario  
Publico Apostolico, in Archivio Curie Romanae Immatriculato.



Cum speciali Gratia & Privilegio Secre. Cesare & Regiae Catholice  
Majestatis &c. &c.

SALISBURGI  
Impensis & Literis JOANNIS JOSEPHI MAYR, Aulico-Academici Typographi p.m. Hassredum.  
M. DCC. XXIX.

## *Approbatio S. Facultatis Theologicæ.*

**P**ræsens Opus, quod Clarissimus ac verè Magnificus Author in Supplementum *Jurisprudentiæ Canonico-Civilis* conscripsit, Eadem in omnibus consonat, ut priora volumina, quæ jam anteà communi Eru-ditorum applausu excepta sunt, novum sibi exinde splen-dorem concilient: Et meritò quidem; quia Magnificus Author tam castè materias Jurisprudentiæ discussit, ut non tantùm vel in fidem, aut bonos mores non impege-rit, sed potiùs suis fidem principiis, & mores exemplis stabiliérerit. Dignissimus ergo hic ultimus partus est, ut post mortem sui Authoris lucem publicam aspiciat, Ejús-que nomen apud Litteratos æternitati transcribat.

*Ita censet. & votet Salisburgi 1. Nov. 1727.*

P. ALANUS RITTER,  
Ord. S.Ben. ex Monast. Wessofonta-no, SS.Theol. Doctor, & ejusdem in Scholasticis Professor Ordin. Celsissimi ac Reverendissimi S. R. I. Principis & Archi-Episcopi Salisb. &c. &c. Consiliarius Ecclesiasticus, p.t. Sacrae Facultatis Theologicæ Decanus.

## *Approbatio Inclytæ Facultatis Juridicæ.*

**J**urisprudentiam Canonicō-Civilem, communi Eru-ditorum applausu jam pridem exceptam, atque Orbi Literario invulgatam, novis quæstionum additionibus, priorūmque illustrationibus locupletiorem red-dere, variis quoque hinc inde Scriptorum Disputationibus lacepsitam vindicare stabilitére præsentis Operis institutum est. Quod utrūmque cùm solidissimè, suavissimá-que animi stylique modestiā præstiterit Auctor Magnificus, omnium emolumento, atque ad immortalem glo-riam Viri nunquam satis celebrandi, in publicum prodeat.

*Ita censet Salisburgi 1. Novembris 1727.*

FRANCISCUS JOSEPHUS CAROLUS  
SCHLOSSGANGL J.U.D. Celsissimi ac Re-verendissimi S. R. I. Principis & Archi-Episcopi Salisburgensis &c. &c. Consiliarius, Institutio-num Imperialium Professor Ordinarius, Facul-tatis Juridicæ p.t. Decanus.

# SUPPLEMENTUM TRACTATUM PRÆAMBULUM JURISPRUDENTIA CANONICO-CIVILI.

## CAPUT I.

### *De Natura Jurisprudentiae Canonico-Civilis.*

#### S U M M A R I A.

1. Referuntur definitio Jurisprudentiae. 2. &c seqq. Impugnatur. 3. & seq. vindicatur & dari differuntur à Theologia Moralis & Ethica. 7. Explicatur l. non omnino ill. de LL. 8. & seq. Roff. ad §. 6. de J. N. G. & C. 10. & seq. Exponitur l. Barberius ff. de Off. Praetor. 12. & seq. Negatur Jurisprudentia Historica. 14. Commendatur tamen ipsa Historia. 15. & seqq. Commendatur etiam methodus Scholasticus. 20. & seqq. Hic & vix vox, sive instrutio Professorum. 24. & seqq. Jurisprudentia Canonica recte vocatur Ius Pontificium. 29. & seqq. Vocatur quoque in suo sensu Ius Divisionis. 35. & seqq. Recensentur varie collectiorum Canonum ante Decretum Gratiani. 47. & seqq. Quibus omnibus idem Decretum ex variis rationibus preferatur. 55. & seq. Defenditur à censoriis. 57. Robur accipit ex emendatione Pontificum & Bulla Oregensis XIII. 58. & seqq. Enumerantur quinque Decretalium compilationes ante Gregorianum IX. 63. & seqq. Offenditur, ex quibus fontibus hic Pontifex suas Decretales beneficiit. 68. & seq. Declaratuer fontes sexti Libri Decretalium. 70. & seqq. Datur Regula quoad alias Decretalibz ante Bonificium VIII. 74. & seq. Roff. ad cap. 1. de Præb. in 6. 76. & seqq. Clementius Clematitivus adscribuntur. 80. & seqq. Joannes XXII. quoad suas Extrava-

gentis & publicationis fideli defenduntur. 85. & seqq. Agitur de aliis Bullis Apostolicis, & Bullarum autoritate. 95. & seqq. Discutitur, an constitutiones, ante Leonem Magnum condite, habentes ratificationem legi obligativam? 98. In facie subjiciuntur epistola authentica Saxonum Pontificum. 99. dubares indicantur, qui Consilii Apudclerarii vim legalem abdicant. 100. & seqq. Fundamenta contraria adducuntur. 104. & seqq. Disceptatur de eorum numero. 105. & seqq. Iuris Civilis Collectiones antiquae indigantur. 113. & seqq. Ejus partes & libri, sub Caesaribus evulgi, subtilizantur. 112. Ius Justinianum ab initio non oblitavit Germanos. 113. & seqq. Ex Italia successivo usq; in Germania Scholas & dicasteria receptum est. 126. & seqq. Refederatur Struvius, Ius Caecum vellicans. 130. Speculum Saxonum describuntur. 131. Et Suevium. 132. & seqq. Abrogatur siveque generalitas legis. 133. & seqq. Examinarunt existentia & natura Jurisprudentia Publica Ecclesiastica. 143. & seqq. Jurisprudentia Criminis ex Novissi Carolina adumbratur. 146. Librorum funderum virtus autentica reboratur. 147. & seqq. Specie Saxonica & Suevia nulla in fundis autoritas permititur.

## Q U Ä S T I O I.

### *Quomodo definienda sit Jurisprudentia in genere?*



N. mox cit. Tract. num. 2. Jurisprudentia in genere definita. huit, quod sit habitus, in id intentus, ut cum recta ratione juxta leges & regulas iustae operationis actiones hominum dicti.

P. Schwier Supplm. Jurispr. Canonico-Civili.

gantur. An bene? Ratio dubitandi est I. quia non solum Ethica, sed etiam Theologia Moralis eò collimant, ut actiones nostræ legibus & regulis iustæ operationis cum recta ratione commenbarentur. II. quia non omnia, quæ à majoribus in Jure constituta sunt, rati-